Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

& cayphas. & iohannes. & alexander. & quotquot erant de genere sacer
dotali. Et statuentes eos in medio interrogabant. In qua uirtute
aut in quo nomine fecistis hoc uos. Tunc petrus repletus spiritu sancto. dixit ad
eos. Principes populi & seniores. si nos hodie iudicamur in bene facto ho
minis infirmi. in quo iste saluus factus est notum sit omnibus uobis. & omni plebi
israel. quia in nomine ihesu christi nazareni quem uos crucifixistis. quem deus suscitauit
a mortuis. in hoc iste astat coram uobis sanus. Dominica infra octauam ascensionem.
Ascendo ad patrem. ymnus. Festum nunc. Responsorium. Cuntes in mundum. Oratio
dominicale. Lectiones. Sermo beati leonis pape.

Glorificatio domini nostri ihesu christi resurgendo & ascendendo completa est.
resurrectionem ipsius pasche dominico celebrauimus. festus nobis dies uterque;
Ideo enim resurrexit ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet:
& ideo ascendit ut nos desuper protegeret. Responsorium. Post passionem. Habemus
quidem dominum saluatorem dominum nostrum ihesum christum prius pendentem in ligno. nunc
sedentem in celo. Precium nostrum dedit cum penderet in ligno. collegit quod
emit cum sedet in celo. Cum enim omnes collegerit quos utique per tempora colligit.
in fine temporis ueniet quem sepultum est deus manifestus ueniet nec quemadmodum
primum uenit occultus. sic dictum est manifestus. Responsorium. Omnis pulchritudo. Occultum
enim oportebat eum uenire ut iudicaretur. manifestus autem ueniet ut iudi
cet. Si enim prius manifestus uenisset iudicare manifestum quis auderet oc
cidere. quando quidem dicit apostolus paulus. si enim cognouissent. numquam dominum glorie
crucifixissent. Sed si ille non occideretur. mors non moreretur. Responsorium. Non conturbetur.
Tropheo suo diabolus uictus est. Exultauit enim diabolus quando primum ho
minem seducendo deiecit in mortem. Seducendo primum hominem occidit.
occidendo nouissimum. primum de laqueis perdidit. Facta est uictoria domini
nostri ihesu christi cum resurrexit & ascendit in celum. & impletum est quod audistis
cum apokalypsis legeretur. uicit leo de tribu iuda. Responsorium. Exaltare super celos deus
Alleluia. alleluia. Versus. Et super omnem terram gloria tua. Ipse leo dictus est.
ipse agnus occisus est. Leo propter fortitudinem. agnus propter innocentiam. Leo
quia inuictus. agnus quia mansuetus. Et iste agnus occisus morte sua uicit
leonem. qui querit quem deuoret. Uicit est enim diabolus. leo feritate non uir
tute. Responsorium. Exaltare domine. Apostolus quippe petrus ait. Uigilare nos opor
tet aduersus temptationes. quia aduersarius inquit uester diabolus circuit